Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26074
Copyright: Admont, Benediktinerstift



9

Sed ego inquis. Non erogo pecuniam quia non habeo iustitiam. Erogare qui habet iustitiam. Ergo iustitiam non habeo. pecuniam habeam uel pecuniam. Ergo quia non habes iustitiam. ideo non uis erogare pecuniam. magis eroga pecuniam. ut habeas iustitiam. A quo enim habebis iustitiam nisi a deo fonte iustitiae. Ergo si uis habere iustitiam. esto mendicus di. quia te paulo ante exceuglio ut peteres. quereres. pulsares monebat. Mendicum suum sciebat. Ecce pater familias magni diuites diuitiarum spualium et etnarum hortatur et dicit. Pete quere pulsa. quia petit accipit querens inuenit et pulsanti aperiet. Hortatur ut petas. negabit. quod petis. Adtende e contrario similitudinem et comparationem sic de illo diuite unique hortante nos adorationem quando ait dns. Erat quidam iudex in ciuitate nec dm timebat. nec hominem reuerebat. Quedam uidua impellabat eum cotidie Et dicebat. Vindica me. Nolebat ille primo. illa impellare non desinebat. Et fecit tedio quod nolebat beneficio. Sic enim a contrario nos ammonuit ut petamus. Venit inquit ad amicum suum cui hospes uenerat. et cepit pulsare et dicere. Hospes mihi uenit. comoda mihi tres panes. Respondit ille. Iam requiesco. Et me cum seruis meis requiescunt. Ille non cessat. adstat instat pulsat et tamquam amicus ab amico mendicat. Et quid ait? Dico uobis quia surgere et non propter amicitiam ei. si propter impudentiam dat illi quantos uoluerit. non propter amicitiam quamuis amicus sit. si propter impudentiam. Quid est propter impudentiam? Quia pulsare non desistit. quia et cum esset negatum non se auertit. Ille quia nolebat dare quod petebat fecit. quia ille impetendo non defecit. quanto magis dabit bona quia nos hortatur ut petamus. cui displicere si non petamus? Sed cum aliquando tardi dat.